IN IOANNIS HARTUNGI DOCTISSIMAS VIGILIAS H · GLAR · δεκάστιχον

Βάλλ' οὕτως Hartunge, salubri multo adesto
Bonis medela authoribus male laceris
Vulnera tot sanas, tot adimples rore lacunas
Castalio, ut illis redeat & cor & anima
Quod superat, resecas: quod deficit ordine supples
Pressa levas, mutilum reficis, omnes unas
Non potuit quidque melius fieri, utiliusve,
Quam quod facis tam sedulo, ac docte simul
Euge tibi Deus omnipotens det tempora longa, ut
Facias diu hoc candide, ac docte simul

PRO HISTORIÆ COMMENDATIONE H · GLAREANI Carmen extemporarium

Siquid in hoc mundo est, quod mortales iuvat omnes,
Historia est uno non celebranda modo.
Historia est nostræ certissima Regula vitæ
Historiæ debet, quicquid in orbe viget
Historiam cognosse iuvat, didicisse iuvabit
Dum rigidum arctoo fulmine ab axe ruit
Corniger arcano quæcunque volumine Moses,
Tradidit, & quicquid biblia sacra tenent
Historia est Euangelium, sacra dogmata Pauli
Quæque ab Apostolicis sunt semel acta viris
Huic ergo, huic uni invigiles prudenter oportet
Chare puer, quisquis tendis ad astra viam
Huic totum te dede puer, cœlestia quondam
Præmia laturus, perpetuumque decus.

IN SECTARIORUM NOSTRI Seculi Trinitatem · Glar. Carme

Os Euangelium, Cor Dæmon, Spiritus Inguen
Das Euangelium im Maul, den Teüffel im Hertz. Und den gaist im Latz.